



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis**

In duas partes distincta

**Teresa <de Jesús>**

**Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.**

Cap. VII. Narrat quomodo cum Melancholicis monialibus sit agendum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37974**

regardā Dei est, quod hęc vehementia ad ipsam accedendi desideria  
 & impetus animę det (principia inquam, quia pluri hoc faciendū est,  
 et in reliquis ad perfectionem spectantibus, quę dixi, tam perfe-  
 ctę & consummata non sint) hinc permittitur illis, quam ut te-  
 modinem & pœnam sentiant, cum hęc illis auferentur; at tamen  
 cum quadam animę quiete, & quosdam humilitatis actus eliciendo;  
 et quando id cum aliqua fiet perturbatione & passione, & aduersus  
 propostam aut Confessariū stomachando & murmurando; apertam  
 & eidentem tentationem id esse intelligant; aut si aliqua, Confessa-  
 rio communicatione dissuadente, nihilominus communicare pertinaciter  
 velit, certū meritum, quod hinc illa percipiet, habere equidem nollem.  
 etiam huiusmodi in rebus nostri ipsarum iudices esse non debemus,  
 sed is, qui habet clauē ad ligandum & soluendum. Vtinam nobis Do-  
 minus lucem, quod nos ipsas in tanti momenti rebus intelligere possi-  
 mus, dare dignetur, suoque nobis fauore adsit, ne per eas, quas nobis  
 facit, gratias illi displiceamus & offendamus.

## CAPVT. VII.

## QUOMODO CVM MELANCHOLICIS MONIALIBVS

*si agendum: hęc tractatio Prioris cum primis lectu  
 necessaria est.*

**H**A sorores meę, Salmanticęsis Conuentus à S. Iosepho cognomi-  
 nati, in quo hęc ipsa scribo, instantissimē à me petiere, quādā vt  
 precepta traderē, iuxta quę debite dirigi & regi possent eę in quibus  
 melancholicus humor prædominatur. &, quantumlibet nolimus &  
 nō procuremus admittere eas, quę hoc humore tenentur, ita tñ is sub-  
 iūctū est, vt se velut mortuū fingat, dum necesse id erit, itaq; eum non an-  
 te percipiamus, quam dum iam ei afferri remedium nequit. Videor  
 nihil iam antē paruo in libello aliquid hęc de re dixisse, non tamen re-  
 ctē meminī: parum refert ac perdam, si ipsum hic rursus dicam, dum-  
 modo Domino placeat me aliquid dicere quod ad rem sit. fieri potest,  
 vt & alias, quę dicam, dixerō: sed non curo, dicerem adhuc centies, si  
 poterem, me semel ita posse dicere, aliquem vt dicendo fructū causarē.

Porro, tam varię ac multiplices sunt, quas humor hic ad pro-  
 priam suam voluntatem faciendam querit, ad inuentiones, vt eas me  
 necesse sit inquirere, quod ferri & regi literis possit, ne quod aliis inde  
 duntaxat creetur. Notandum porro, non omnes quos humor hic oc-  
 cupat, quę retricos, morosos & phantasticos esse: cum enim in per-  
 sonas humiles placidq; ingenii incidit, esto sibi ipsis tales satis molesti

Xx 3

&amp; gra-

*Melancholico-  
 rum ad-  
 inuentiones  
 ad propriam  
 voluntatem  
 faciendam.*

S.  
TeresiaM. VII  
168

& graues sint, alijs tamen minimè nocent; præsertim si bonum animi  
ferit ingenium. Adhæc, humor hic aliquando maior, aliquando  
nor est. Certissimè mihi persuadeo, diabolum eo in nonnullis huius  
nibus vt instrumento & medio vti, ad eos, si possit, intercipientes  
& sibi attrahendos; & nisi quàm minimè serio aduertant, eos  
dubiè intercipient: nam potissimus humoris huius finis ac  
est, rationem subijcere, vnde ipsa velut obscurata manet. taliter  
go disposita, quid non facient passionibus nostræ? vbi enim non  
ratio, videtur in illis habitare stultitia: & verè sic est. At in illis  
quibus modò loquimur, ad tantum malum non pertingit: imò  
multò malum id esset, at intolerabilis est molestia, & graue, quod  
qui ratione caret, vt ratione proditum habere, atque vt talem  
debeamus. etenim illi, qui planè & grauissimè hoc morbo laborant  
commiseratione digni sunt, at nulli nocent; si quo autem videntur  
uari & expugnati queant, solo timore id fiet. Illi vero, in quibus  
damnosum hoc malum non nisi incepit, & nondum ita in ualuit,  
eiusdem humoris & radice sit, & eadem à stirpe procedat, si alijs  
& artibus iuuari nequeant, nec ex ipsis iuuandis sufficiant, con-  
quo alij medio iuuandi sunt; vnde consuetas ordinis penitentiæ,  
sterilitatesque Præpositæ adhibeant, easque ita expugnare & sub-  
procurent, ipsa vt intelligant suam se in omnibus, imò in  
omnino re voluntatem facere non posse. Si enim sibi persuadent  
se clamoribus & desperationibus, quas diabolus ad eos, si possit,  
dendos ipsis suggerit, aliquando eucisse & obtinuisse, in certis  
ruinam tendunt: & certe vna sola quæ huiusmodi est, ad integritatem  
nasterium turbandi & inquietandi satis est. Hinc, quod in illa  
ipsa non habeat, qui eam iuuet, ad esse aduersus diaboli suggestio-  
tuendam ac defendendam, Superior ipsa magna cum circumspectio-  
ne in illa, non solum quoad exteriora, verum etiam interiora, con-  
da gubernandaque procedat necesse est. oportet enim, vt ratio  
in ægra illa obscurata est, in Superiore clarior & defecior sit, ut  
diabolus animæ, humoris huius adminiculo & armis, præualeat  
piat. Porro id periculo non vacat: quod humor hic certis  
dam temporibus subinde adeo hominem opprimat & angustiet,  
tionem ipsam expugnet. quidquid verò tum facit, non peccabit,  
peccant stulti & dementes, quæcumque demum stultitia arguetur  
edant. At qui ad hunc statum & extremitatem nondum redacti  
sed quorum ratio infirma quidem est, at exercitium eius aliquando  
habent, ita vt certis quibusdam interuallis bene sibi consentiant  
valeant; hos oportet non tunc in libertatem se asserere conari.

*Diabolus  
per melan-  
choliā mul-  
tos decipit.*

non habebunt, ne, si quando iam bene habebunt, sui ipsorum domini non sint, nec sui compotes. quod certe hoc ultimum diaboli stratagemata & technica est. Vnde, si animum aduertere velimus, nihil magis eos spectare videbimus, quam voluntatem in omnibus suam posse exequi, ac dicere passim quidquid ipsis in buccam venit, alienos defectus intueri, ut hisce proprios regant, quin & solo letari eo quod ipsis consolationem adfert, deoque tamquam qui nihil in se habet quod eis resistat aut oblietetur, cum passionibus immortificatas habent, & vnaquæque illarum facere vellet quod ei lubet, quid ergo erit si nullus sit qui ipsis resistat? Vnde iterum dico (utpote quæ cum pluribus hocce malo laborantibus personis egerim) nullum aliud eis iuuantis superesse remedium, quam ipsos quibuslibet modis & mediis expugnare, & si verba non sufficiunt, castigaciones adhibere; si non sufficiant parua, maiores etiã & rigidas; & si satis nõ sit eos ad vnũ mensẽ in carcere detinere, ad quatuor detineatur, quod animabus ipsorum maius præstari bonum nequeat. Nã (sic enim iam antè dixi, & rursus dico, permagni enim Monialium nostrarum referet ipsum nosse) esto aliquando, aut etiã sæpe, magis & plura præstare in sibi praualeudo nequeant; tamen, cum hæc non sit plena & absoluta stultitia, ita ut ipsos à culpa excuset (nã etsi aliquãdo quidẽ talis sit, non tamen semper) anima hic in grauissimo versatur periculo, nisi, (quemadmodum iam dixi) rationis vsus ita ipsi ablatas sit, ut facere eum cogat id quod, cum sui compos non erat, faciebat ac dicebat.

Magna tanẽ Dei misericordia est, quod iis qui huiusmodi malo affectu sunt, inspiret ut se subiiciant alicui à quo dirigantur: nã ob periculum, in quo eos versari dixi, in hoc omne ipsorum bonum consistit. Et si quæ hoc legerit, per amorem Dei illam rogo, bene ipsum consideret, quia forsitan ad salutem ipsius hoc referet. Equidem quædam noui, etiam eò redactas, parum ut absit, vñ non penitus omnem iudicij vsum aculeterint; at animam interim ita habent humilem, Deiq; timentem, ut, quamuis intra semetipsas lacrymis penè conficiantur, plura tamen & alia non præterent, quam ipsi iniungatur, suamque pœnam & infirmitatem, vñ alia, perferant. est hoc quidem summum quoddam martyrij genus, verum postea maiore gloria donabuntur; & suum hic habent Purgatorium, ut in altera vita ab eo sint immunes. Porro iterum repetitas quæ hoc libenter non facient, à Superioribus ad hoc cogendas, ne se ipsas per indiscretas quosdã pietates decipere debere, ne quoties in domo sunt, per impertinentias suas perturbent. Hinc namq; & aliud grauissimum damnum sequitur, ut omittam periculũ de quo iam antè actũ est, quod scilicet, dum aliæ eam bene valere (ut quidẽ exterius apparet) vident, & nesciunt quantopere ei malũ hoc interius noceat,

natura

*Melancholici quemodo subigendi.*

*Non bonũ est superioribus suis se subiiciere.*

natura nostra ita misera & infortunata sit, vt vnaquaque se potius  
 melancholicam esse estimatura sit, quò illam vnã tolerent: & certe  
 te rei verè hoc ipsis diabolus persuadere conabitur: itaque magis  
 stragem edet, ac damnum creabit, cui, cum rei iam veritas ad oculum  
 tebit, difficile erit, remedium afferre. Tanti porro hoc referat, nihil  
 vt in eo aliquam negligentiam committi ferendum sit; sed si, quæ  
 melancholica est, Præpositæ suæ resistat aut obliuetur, eam ipsa  
 tractet vt non melancholicam, & nulla in re ipsi parcat; si confocet  
 illa suam proteruè alloquatur, idem illi faciat Superior. Itaque in  
 omnibus id genus rebus.

*Nullatenus  
 ipsis parcon-  
 dum.*

At, Iniustitiæ quædam species videtur, non sanam impedire ad  
 queat eodem tractare & castigare modo, quo sanam. Sic ego  
 petam, iniustitiane sit stultos & dementes vincire & flagellis ca-  
 an non potius eos sinere omnibus passim mortem inferre? Mihi  
 datis velim, quia id re ipsa probaui, & ( prout mihi quidem videtur  
 ria adhibui remedia; nullum porro hoc conuenientius inueni-  
 quoque Præposita, quæ pietatis quodam prætextu hisce melancholicis  
 aliquam libertatem concedere incipiet, ipsas tan de ferre non poterit  
 eū postea malo adferre remedium volet, videbit tum id adhibendum  
 quam iam alijs plurimum nocuit. Si autem bonū & pium opus in  
 tos ( esto in ipsorum manu non sit non stultescere, & malum non  
 ferre) vinculis & verberibus coercere; quanto potiori iure videtur  
 curandum, ne quod per hanc libertatem suam damnum melanc-  
 ci animabus inferant? Porro vt certum credo, malum hoc ( prout  
 dixi) à natura quadam libera, parum humili, & contumacis sepe  
 habere; nec humorem illum melancholicū tantum ipsis nocere  
 inferre, quātum prauis hi habitus. Quod intelligendum de quibus  
 vidi enim, cum habent aliquem quem timeant, eas cedere, & ad  
 posse; cur id ergo non poterunt propter Deum: Timeo certe, ne  
 prætextu passionis, multas diabolus animas ad ruinam & interitum  
 trahere velit. Hodie namque Passio hæc plus quam solet, apud  
 nes locum habet, & vsurpatur: idque id eo, quod omnis voluntas  
 pria iam melancholiæ dicatur nomine. Vnde putauit, tam in hisce  
 in reliquis omnibus religiosis domibus, nomē hoc ne vsurpant  
 debere; quòd aliquam secum id ferre & includere libertatem videtur  
 sed grauis infirmitatibus potius nomine ipsa dicenda est. Erro-  
 profectò infirmitas est, & quomodo, vt talis, etiam curari debet  
 inde namque cum primis necessarium est, humor hic aliqua  
 medicina dissipetur ac molle fiat, quò tolerabilis sit, idque in  
 & valetudinario. Sed ipsa ægra noscat oportet, se, dum ea egredietur

*Propria vo-  
 luntas iam  
 dicitur me-  
 lancholia.*

inter & cum reliquis fororibus agar, humilem & morigeram, vt illa  
facile debere; & vbi id non faciet, ipsum humorem ei ad hoc mini-  
mè profuturum. ita enim ob eas quas dixi, & alias, quas dicere possem,  
rationes fieri expedit.

Præpositarum est, illas (vt tamen id non percipiant) magna cum  
lenitate & amoris affectu, materno inquam, tractare, & quæ ipsis iu-  
uandis remedia vsui esse possunt, inquirere Videor hic dictis contraria  
dicere & adferre; hætenus quippe eas dixi, rigidas se erga tales præbe-  
re debere. quod & iterum hic repeto, videlicet has ipsas nosse debere,  
se ea quæ voluntatis suæ sunt, executioni minimè posse mandare, nec  
vltateis mandaturas; sed per omnia & in omnibus sibi esse debere  
propositum, superioribus parere ac se subijcere. nam in eo quod hanc  
se libertatem habere norint & intelligant, omne damnum situm est.  
Præposita tamen interim hæc ipsis potest non mandare, quæ iam antè  
non eas non executuras, cum ad vim sibi vllâ faciendâ, prorsus impo-  
sita sint, sed eas blandè leniterq; quantū quidè opus fore iudicabūt,  
cōducere; vt, si fieri possit, p. amorē hūc & lenitatē sese submittat; q; cer-  
tè longe est meli⁹ & expediētius. Ercertè nō rarò id fit, tū, cū magno illas  
amore se p. se qui ostendunt, idq; tū opere ipso, tū verbo vbius declarāt.

*Blandè ha-  
bendi me-  
ancholici.*

Notandum præterea, nullum malo huic adferri melius remedium  
posse, quam si varijs hæc munij & functionibus applicetur, ne quem ad  
imaginandum locum & tempus habeant: in imaginando namque om-  
ne ipsarum malum consistit; & si illis non eo quo oportet modo, nec  
vique quæque bene fungantur, imperfectiones nonnullas tolerant, ne  
maiores alias in ipsis, cū iam penitus perditæ erunt, tolerare cogan-  
tur. Nullum namque hoc, mihi persuadeo illis applicari sufficientius  
& efficacius remedium posse. Videant adhæc Præpositæ, ne multum  
temporis orationi, & quidem ordinariæ & consuetæ, impendant: nam  
quæ huiusmodi sunt, debilem vt plurimum imaginationem habent,  
vnde illis non parum detrimenti eueniet. Si enim sinantur orare, tales  
illarum phantasmati imagines occurrent, quas nec ipsæ, nec quicum-  
que has audierit, vilo modo poterunt intelligere. Curent insuper, ne  
p. se veltantur, nisi rariùs: deinde, tam diu & continuò ieiunent  
non oportet, ac reliquæ.

*Variis rebus  
applicandis.*

*Non diu ad  
rare aut iei-  
iunare si-  
nendi.*

Superuacaneum forsitan cuiquam videatur, tam multa me malo huic  
curando remedia, nullum verò alteri cuiquam, cū tamen in miserabi-  
li hac vita nostra ea tam sint graua, præscribere; ac præsertim cū mu-  
ltæ aded sint infirmæ & imbecilles. Duas porro ob causas hoc à me  
faciunt: primò, quòd huiusmodi benè valere videantur; eò quòd ipsæ  
hoc se malo laborare agnoscere nolint. & dum in lecto manere  
cogun-

*Cur sanita-  
mater tot  
huc malo  
pellendo vo-  
media præ-  
scribat.*

*S. Matris Teresæ opera.*

Yy

cogun-

S.  
TERESIA

TERESA

M. M.

1678

coguntur, tametsi nullam habeant febrem, nec tamen medicus con-  
 tur, Priorissa medicus sit oportet, hoc quippe malum omnigenae  
 fectioni magis nocet ac praui dicat, quam quae lecto magno cum  
 amittendae periculo, affixae sunt. Altera causa est, quod qui alijs  
 laborant, aut ab ijs curentur, aut mediantibus illis emortuantur,  
 hoc verò si sanentur mirum est, uti neque ex illo moriuntur, nisi  
 cium suum penitus amittant; quod aliud non est, quam emori, ut  
 omnes secum interficiant. Satis duram ipsae à semetipsis mori  
 untur, idque ob eas quas habent afflictiones, imaginationes, sen-  
 itaq; fat magnum meritum sibi comparabunt (esto has ipsae tempe-  
 rationum dicant nomine) nam si semel intelligerent, omnia haec  
 so malo procedere, magnum certè illius sentirent alleuiamentum  
 sum parui facerent. Equidem certè sortem illarum miseror, quibus  
 omnes cum illis agentes & conuersantes illis ut compaterentur  
 æquisimum est; considerando, idem sibi, Domino perimitentur,  
 contingere, nec non eas supportando, ita tamen (quem admodum  
 iam dixi) ut id ipsae non percipiant. Det Dominus, bene & pro-  
 portet exponere potuerim, quae tam graui infirmitati curanda  
 benda sint remedia.

## CAPVT VIII.

MONITA QVAEDAM ET DOCUMENTA PRAESCRIBITA  
 quoad reuelationes & visiones.

**V**identur nonnulli vel ad solum visionem vel reuelationem  
 men appellationemque consternari, quid tamen in causa sit  
 aut cur adeò periculosum putent, quod hac animam via Deus con-  
 eat, aut vndenam haec eorum consternatio ortum habuerit. Non  
 mihi iam propositum tractare, quænam bonæ, & quænam malæ  
 visiones, uti nec signa tradere, è quibus dignosci eas posse, à vni-  
 cissimis audiui; sed duntaxat, quid facere conueniat eum, cui  
 obtinget: nam admodum paucos Confessores inuenire erit, qui  
 nimas, quibus hæc contingunt, per terreat & timore compleant. Non  
 enim tam illos percellit & consternat, dum ex ipsis audiunt, diaboli  
 multa blasphemiarum genera ipsis repræsentare, nec non alia im-  
 pietatis & inhonestæ suggerere, quam scandalizantur, dum hi se angelum  
 quem aut vidisse aut allocutos esse, vel etiam Dominum nostrum  
 Christum in cruce positum sibi apparuisse, dicunt.

Nolo hic etiam agere, vndenam dignoscat quis, quando  
 lationes à Deo proficiuntur; hoc namque iam tuum